Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31638
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

redimet de interitu uitam tuam. qui sanat in bo
nis desiderium tuum. Qui coronat te in miseria
tione et misericordia. renouabitur sicut aquilae iu
uentus tua. Iubilatis uestis exponunt sub
quinaria expositione retributiones futuri
seculi. quas seius suus dominus pia miseratione largitur.
Quae figura dicitur symbolismos. id est congregatio. quan
do minus cumulum asperta crimina. aut numis
suauia beneficia colligunt. Primo fit propitius
peccatis eorum. quando remissis delictis. in pace dig
natur suscipere peccatores. Secundo sanat omnes
languores fidelium. cum securitas. et immortali
tas in aeterna resurrectione succedit. id est cum
corruptibile hoc induerit incorruptionem. et
mortale hoc induerit immortalitatem. Tertio
redimet de interitu uitam nostram. quando nos ab
aeternae mortis calamitate submouerit. seilicet
ut non audiamus te in igne aeternum. qui paratus est
diabolo et angelis eius. Quarto sanat in bonis
desideriis beatorum cum eis dicit. uenite bene
dicti patris mei. Quinto coronat in miseria
tione et misericordia sua. quando iam beatis praemia
digna restituit. sicut dicit apostolus. Decetero repo
sita est mihi corona iustitiae. quam reddet mihi dominus
illa die iustus iudex. Hoc forte significant
quinque panes. unde ipsi longa iejunia satia
uit. quin haec et his similia in magnum mysteri
um processisse noscuntur. Sed perstrictandum est cur
aquilae introducat exemplum. Huic aui iam aetate
propiente. super labium cornea inflexione nasu
tum tamen fertur excrescere. ut ei non sit liberum
escas solita libertate decerpere. Quae intelli
gens unde ei periculum uitae possit accidere. os
suum in saxo dirupere usque quo omnia sibi
ei impedimenta submouerit. Quo facto man
tiquam ualitudine corporis sui escas solita p
ceptione reuocat. Sic anima in pristina si
nitate reuertitur. si peccata sua in petra quae
est xpe dominus exposuerit desinat. Reuertitur enim
ad cibos salutares. quando delicta quae sunt
impedimenta aeternae uitae domino pstante re
spuerit. Faciens misericordiam dominus. et iudicium
omnibus iniuriam patientibus. Postquam diuinae retribu
tiones domini. quas hic conuersis multo sedulo uenerari
credit posse pstare. nunc dicit breuiter. quas
dominus misericordias faciat superiorib. et iuuindicta pstet
patientibus cunctis iniuriam. ut nullus uneis pos
sit dubitare quae dicta sunt. quando ipsum dominum
tali definitione monstrauit esse agnoscere. hic
enim uersus pmodum definitionis educit esse. quando
pulsus quod singularitatem efficit. aliquis indicatur. Nam
interrogam tibi quod sit dominus. respondes. faciens
miseriam et iudicium omnibus iniuriam patientibus.
Quapropter habunde designatur esse dominus dominus. cum nulli
alteri possit euenire quod dictum est. Illis autem mi
sericordiam facit quia miserti fuerunt. sicut euangelio
dicit. Beati misericordes. quoniam ipsi miseriam obtin
tur. Sequitur. Et iudicium omnibus iniuriam patien
tibus. Hoc illis pmittit. qui patientiae munere
decorantur. de quibus ait. Mihi uindicta. et ego re
tribuam. Nam qui se manu desiderant ulcisci.
furoremque suum inimici precemone sanare nouerit.
uindicta domino non reseruant. quia se credunt
posse dultrungere. quod deberent a iudice postu
lare. Dedisti sanctissime xpe animae tuae salu
bre ostium. inquit se et mundus sentiat obsolatium.
Sicut enim nobis locutus est. ut nobis diceres. sic tibi
pfuisti. ut nos sine dubitatione sanares. Nos
tas fecit uias suas moysi. filiis israel uoluntates
suas. Supra diximus quias retributiones multo
sedulo plebs beata mereretur. nunc autem uenient
ad sectam narrationem. puni exemplum pbat quan
ta et hic pstiterit seruis suis. ne quis defuitura retri
butione dubitare potuisset. Sed intende quemad
modum moyses et israel indicatur esse distinctione uer
borum. Notas fecit moysi uias suas. quando ei iustitiae
am suae potestatis aperuit. ut legem scriberet. moyses
doceret. et uias domini pfecte fidei gradibus ambu
laret. Sequitur. filiis israel uoluntates suas. Hic
uoluntates posuit non uias. quia non omnis israel sus
cepto uerbo domini. mei nullionibus ambulauit. Scimus enim quas sectationes ille populus fecerit. ut uoce
iudicis mereretur audire. Populus hic dura cerui
ce est. Ideoque quilibet uoluntates domini non uias inmotuisse

35